

quemlibet alium de familia sua portantem arma ultra dictos
 quatuor, qui ¹⁾ quatuor ¹⁾ designari debeant in scriptis dominio
 Tergesti per dominum episcopum; et potestas presens capi-
 tulum observare teneatur sub pena solvendi de suis bonis
 5 propriis; salvo quod, domino episcopo eunte per civitatem
 Tergesti, omnes de sua familia forenses tantum portare pos-
 sint secum arma. ¶ Et si tempore alicuius mesce vel rixe in
 civitate Tergesti facte per aliquam personam, seu tempore quo
 aliqua persona tractaret sive vellet offendere aliquam aliam
 10 personam, aliqua persona poneret in aliqua statione scita in
 civitate Tergesti vel alia domo infra confines designatos aliqua
 arma, que essent inventa per dominum militem in dictis sta-
 tionibus vel domo, tunc tenens dictam stationem vel domum,
 ubi dicta arma fuerint inventa cadat ad penam decem libr.
 15 par., et nichilominus cadat ad dictam penam qui posuerit
 dicta arma. ¶ Et quod nulla accusa facta per aliquam per-
 sonam super aliquo portante aliqua arma valeat nec teneat,
 nisi facta fuerit per dominum potestatem vel vicarium loco
 potestatis eius iudices vel milites potestatis vel rectores vel
 20 iudices vel per familiam // potestatis, ente familia cum pote- 131 A
 state, vel vicario vel socio eiusdem, vel per aliquem ipsorum.

Cap. XX. De baliste tense et iactus sagite
 vel lancee in stridu prohibicione. R.ca.

25 **Q**uicumque in civitate Tergesti arcum vel balistram ten-
 derit in stridu et non traxerit, conponat comuni nomine
 [pene] unam march., nisi fecerit pro comuni vel in defensione
 domus sue, non fatiendo contra dominium vel comune. ¶ Et
 si traxerit, conponat libr. vigintiquinque par. comuni, et si ex
 illo ictu aliquem percuserit, puniatur pena statuti de dicto ma-
 30 lefitio sive percussione. ¶ Et si quis de aliena domo in stridu
 vel rixa lanceam vel lapidem proiecerit, vel aliqua alia propter
 que possit aliquis ledi vel dampnari, conponat comuni libr.
 vigintiquinque par., et si ex tali proiectione aliquem percus-

¹⁾ Aggiunta marginale.